

ALEKSANDRA GOLIK-PRUS

KOPIE LISTÓW JEZUITY SARBIEWSKIEGO
ORAZ NAJJAŚNIEJSZEGO KSIĘCIA JANUSZA
RADZIWIŁŁACopia literarum Sarbiewij Jesuitae ad Ill[ustrissimum] Principem
Janussium Radiuiliium scriptarum

Ill[ust]r[issi]me Princeps

Duo sunt quae in Rep[ublica] plurimum possunt: calamus et gladius. Ornamus altero Patriam, altero armamus. Quo cuspides glaudiorum pugnando, eo mucrones calamorum pertingunt. Et vero, quae gladij gerunt, calami scribunt. Sed ut calamus saepe gladij magister, ita gladius saepe calami dictator est. Uterq[ue] vero pugnat, alter consilijs, proelio alter, uterq[ue] scribit, alter sanguine, alter atramento. Utroq[ue] immortalis est Resp[ublica] gladio, quod mortale est, absumitur, calamo, quod immortale conservatur. Calami tubae parvae, sed nomina Heroum aeternum canunt, cum vero inter medias bellantum acies alterno concentu frangitur ensis, quam pulchra ex utroq[ue] immortalis Famae existit symphonia? Famam veteres volare finxerunt. Hoc si verum est, alas¹ sibi ex doctorum calamis struit, eidem totide[m] linguas, quot manus affinxere; ut alias ad calamum promptas, alias ad gladium haberet. Centimanos Gigantes ijdem pingebant argumento magnos esse viros, qui quod plurimi plurimis, ipsi una manu et scribendo praestitissent, et pugnando. Meministi ipse Princeps Ill[ustrissi]me Caesarem inter proeliandum Epistolas dictitasse. Alij

¹ W rkps w wyrazie *alias* skreślone i.

tradidere stylum scriptorum in capulo gladij, quasi in theca servasse. Romae eiusdem imperatoris statua, dextera gladium, sinistra calamum gestat, ita haec sibi semper familiaria devincta[ue] sunt. Bene ergo faciunt, qui iuvenilem et recens a natura acceptam utriq[ue] assuefaciunt manum et Pacis iuxta, Belliq[ue] artibus ad dignitate[m] grassantur. Utrumq[ue] Ill[ustrissi]mi Patris Tui, domesticum exemplum, Maximi Patris, Magne Fili, Te docebit. Maximum Patrem Tuum, vere dixi, ore enim et manu, magnum esse, est esse Maximum. Vir in Rep[ublica] Princeps aut loquitur aliquid pro Patria, aut facit; nam cogitare plurima etiam ignavi solent. Primum illud magnum fuit in Cicerone, in Hortensio, in Crasso, sed maius utrumq[ue] in Pompejo, in Augusto apud Romanos, apud nos, in Patre tuo maximum? Ut autem utrumq[ue] in te quoq[ue] magnum aliquando Tuaeq[ue] laudi par sit, utrumq[ue] simul augeri incipere debet. Neq[ue] enim et natura ipsa servis manum crescere, quam linguam sinit et Fortuna, si cuiq[ue] plurimum dedit, vel territa manu bellantis, vel potentis eloquentia² delinita dedit. Sapienter quocirca jussu Ill[ustrissi]mi Patris Tui, hanc extremam pueritiam Tuam in utroq[ue] exerceri e[ss]e audimus omnes et magnopere gaudemus³. Ad magna quaedam Te natum ominamur omnes. Calamum Tuum Bibliothecae Principum, scrinia Regum, archivia expectant Regnorum. Linguam tuam Patriae pridem in Patre devotam expectant equitum circuli, subsellia senatus, curiae celebritas; gladium Tuum expectat Lith[uania] feliciter a Patre Tuo defensa, iam tum magis Patriae quam Tuo, expectat Moschovia Radiviliorum virtuti fatalis et diligenter reliquos foederis annos supputat. De ijs opibus praesidijsq[ue], quae facile habere potes, ne cogites. Intimis te, quam maxime arma. Educo Tibi in meo Lycaeo nonaginta Nobilissimos iuvenes, omnes florentes aetatibus; Arcades omnes, quorum alij in Curia Orator, in acie Imperator eris. Vale amicum Patris solatium, Patriae ornamentum et literas, quas ex voluntate Ill[ustrissi]mi Patris Tui mihi significata, mitto, oculo perlege Radivilio. Vilnae ex Collegio Kalend[is] Novemb[ribus] A[nno] MDCXXVII

² W rkps w wyrazie *eloquentiam* skreślone m.

³ W rkps w wyrazie *gaudeamus* skreślone a.

Copia literarum ab Ill[ust]r[issi]mo Principe Janussio Radiuilio ad
Jesuitam Sarbievium scriptar[um]

Litteras tuas binas, diverso quidem tempore scriptas, Calendis nimirum Novembr[ibus] et Decemb[ribus], sed uno eodemq[ue] momento traditas, Nonis demum Januarij non sine voluptate legi, VIR REVERENDE, quibus primam significationem benevoli animi tui in me, studiorumq[ue] meorum felicem cursum prolixè testaris. Quod officij genus mihi longe gratissimum et idcirco, si quid erit, in quo tibi honeste queam gratificari, senties me ad obsequendum paratissimum. Caeterum, quod calamum et gladium tuum attinet (sive ut ego interpretor, stylum et arma, Virtutem togatam et armatam), haec duo plurimum in Repub[ublica] posse, quis inficias ibit. Nemo nostrum ignorat, Aristotelem, non existimatorem solum acerrimum Politiae, sed et optimum magistrum docuisse, humanam vitam in duas partes totam esse divisam, in OTIUM et NEGOTIUM. Quae distinctio, in bene temperatis Rebuspublicis eadem re, nomine PACIS et BELLI diversa, res omnes publicas continet. Nam pars altera, Forum Magistratus, iura, iudicia, leges, vectigalia, census aerarium publicorum operum extructionem totamq[ue] urbanam administratione[m] domesticæ conservatricem Pacis, amplectitur; altera, militares curas, exercitus, arma, castra, classes, arces, imperia, laboremq[ue] universum bellicum, periculorum⁴ depulsores et externae pacis vel recuperatores, vel conservatores, comprehendit. Neutra pars et bonis civibus et Amatoribus Patriae negligenda, quod sine hac bipartita curarum varietate, nulla Resp[ublica] iacere potuit fundamenta libertatis, nulla propagare Imperiu[m] aut tueri dilatatum, nulla pacem domesticam aut externam conservare. Qua posita et accurate retenta Respub[licae] multae creverunt, et Romana potissimu[m] de qua illud Poetae:

Duo sunt, quibus extulit ingens
Roma caput, Virtus belli et Sapientia pacis⁵.

⁴ W rkps wyraz *periculorum* częściowo podkreślony. Podkreślenie to wygląda jednak na przypadkowy ruch pióra.

⁵ Zob. *duo sunt quibus extulit ingens Roma caput virtus belli et sapientia pacis*. Sulpiciae Conquestio *Epigrammata Bobiensia* 37.

Interim cernimus quotidie fere, nobilem hanc Bigam, Calamum et Gladium, Vitae humanae praestantissimam GEMMAM, passim ita despici contemniq[ue], ut cum Ammiano Marcellino, vere dicere possimus, paucas domos studiorum seriis cultibus celebrari, ludibrijs ignaviae torrentis exundare⁶. Fecisset igitur Deus, ut dulcissima Patria nostra Calamum cum Gladio⁷ semper coniunxisset, ex quorum nexu, immortalis gloria comes omnino fuisset. Sapienter Romani, cum alicui excellentissimo⁸ Viro STATUAM decernebant, non nudam Graecorum more fieri jubebant, sed si pro civili laude decreta fuerat, TOGATAM, si pro bellica gloria, ARMATAM, ut non corporis tantum effigiem, sed animi quoq[ue] virtutem aeternitati consecrarent. Armata fuit Horatij Coclitis statua illius, qui Tuscos hostes et Porsenam Regem pontis sublicij transitum uno sui corporis obiectu, prohibuit. Haec statua nos utiq[ue] latuisset, nisi calamus Titi Livij delineasset, et posterorum memoriae tradidisset. Quamobrem, quae calamo a Doctissimis scriptoribus mandant[ur], ea veram animi hypotijposin continent, et ubiq[ue] gentium, terrarum, locorumve, ab omnibus visunt[ur]. At statuae ipsae et sensibus carent, et vix ore lineamenta habent, atq[ue] ab uno tantum loco cerni possunt. Hoc secuti mihi esse videntur Athenienses, qui quum memoriam Thesei celebrarent, Connidam illius Praeceptorem, nonnulla eius gesta calamo depingentem, majore venerati sunt honore, qua[m] Silamonem et Parrhasium, quorum alter pictura, alter sculptura, Thesei simulacrum expressit. Ambitiose igit[ur] egisse videtur Pericles, qui se Athenis in scuto Minervae, cum Amazone pugnantem a Phidia pingi voluit, cum esset vir summus in re bellica, et consilio, virtute ac rerum gestarum gloria floreret. Cuius res praeclare gestae, longe diutius scriptorum memoria, quam tenui pictura viguissent. Cum vero Bellonae et Palladis fit mentio, non promiscue confundimus utriusq[ue] rationem tractandi, sed censemus, ut futurus Martis filius, non in penetralibus Minervae, aut umbraculis⁹ Academiae diu nimis haereat, sed in aciem, pulverem ac solem, quum adoleverit, descendat, proelia meditat[ur], rem bellicam discat, armis, equis, machinis, tabernaculis militaribus delectetur; Caesarem, Pompejum, Scipiones, Fabios, Zamoscios, Chotkievicios, viros fortissimos atq[ue] Illustrissimos, non miretur solum,

⁶ Janusz Radziwiłł przytacza tu faktycznie słowa z „Dziejów” Ammiana Marcellinusa, które w oryginale brzmiały: *Quod cum ita sit, paucae domus studiorum seriis cultibus antea celebratae nunc ludibrijs ignaviae torpentis exundant, vocali sonu, perflabili tinnitu fidium resultantes.*

⁷ W rkps skreślone dwie litery eo.

⁸ W rkps w wyrazie *excellentissimo* brakuje litery e.

⁹ W rkps wyraz *ad* znajdujący się po *umbraculis* został skreślony.

sed ad¹⁰ imitationem¹¹ et aemulationem sibi quoq[ue] proponat. Quanti vero aestimem iudicium tuum, tam amice, tam honeste de me ac Illustrissimo Parente meo scriptum? Gloriam quidem ac praedicationem Illustrissimi Parentis sartam tectamq[ue] manere, gestio: At immodicae laudes in me congestae, neq[ue] meo pudori, neq[ue] aetati conveniunt. Hoc nihilo minus certum, gloriam immensum calcar habere omnesq[ue] homines studio laudis duci atq[ue] teneri. Ubi tamen tunc recti limites non excedimus, cum Veteri Poetae vera canenti paremus:

Laudibus alterius multum moveare caveto,
Mittuntur raro grandia, saxa procul.

Quamvis igitur magnificas laudes acervatim effundas in me, et agminatim glomeres, non valde tamen ego his, nisi a laudatis, moveor. Inter eos autem te colloco, multis rationibus adductus, quarum praecipuae sunt, Genus tuum Nobilissimum, Fama per orbem clarissima, virtus et doctrina Almae vestrae Academiae spectatissima. Itaq[ue] besti me suo iudicio, cum me ad Martis et Palladis munia natum et ex parte educat[um] censueris. Nunc demum mihi Collegium vestrum placere incipit, cum studia mea vobis. Incitor ad scribenda talia, quae apud rectas istas mentes sunt recta. Illustrissimum Parentem meum, (vestro calculo) ore et manu magnum esse, laetor. Eundem, oris facundi beneficio, Ciceroni, Hortensio, Crasso aequari rerumq[ue] gestarum mole Caesari, Pompejo, Augusto comparari, gratulor. Hoc quoq[ue] singulari gaudio, delinit mentem meam, quod calamum meum, Bibliothecis Principum, scrinijs Regum, Archivis Regnorum, gladium vero, circulis equitum, subsellijs senatus, Curiae celebritati, adiudicaris. Iactent se reliqui apud suam plebe[m], mihi adfatim sufficit, si Eques hic plaudat¹², senatus literis politus. Alios¹³ non moramur. Ut enim eadem purpura homines delectat, et ad gaudium provocat, tauros offendit et irritat ad pugnam; sic eadem veritas aut virtus intelligentes capit, laedit improbos et imperitos. Fatalem in Moschos Domum Radzivilianam fuisse, recte scribis. Multi enim autores tecum idem asserunt, unde mihi non gloria solum modo eximia, sed¹⁴ aemulationis stimulus ingens. Et ne multos

¹⁰ W rkps wyraz *ad* nadpisany.

¹¹ W rkps wyraz *imitationem* miał postać *admitationem*.

¹² W rkps wyraz *e* skreślony.

¹³ W rkps na marginesie dopisane: *contrarium sentientes non moramur*.

¹⁴ W rkps wyraz *et* skreślony.

Radivilos enumerare necesse sit, quorum fortibus factis, inter tot infestos hostes, Resp[ublica] nostra saepe est conservata, vel unus ille Atavus meus, Georgius Radivilus, bellum adversus Moschos corporis et animi robore felicissime gerens sufficiat. Hujus enim ductu, non modo arx Moschoru[m], Staroduba, caesis hostibus innumeris, expugnata, sed universa propemodum Moschovia horribiliter vastata. Non commemoro, in tumultuarijs pugnis et subitis, tam Moschorum quam Scytarum excursionibus, felicem semper ab eo reportatam victoriam ferocesq[ue] contusos hostium spiritus. Taceo Avum meum, Christophorum Radzivilum, qui post varia virtutis Martiae in Moschos edita specimina, per varios dignitatis gradus, ad summum inter Proceres Regni fastigium evectus est. Proinde ego quoq[ue] atavis paternisq[ue] virtutibus et tuis verbis provocatus, ut non tam mihi, quam Patriae sim commodo, nonaginta Nobilissimos Juvenes, aetatibus florentes, Arcades omnes, id est athletas et pugiles, quibus in Ludis utebantur Romani, a te mihi de meliori nota commendatos, lubens recipio, quorum alios calamo, gladijs alios mihi non defuturos, olim tua insigni commendatione nixus, confido. Libellum, quo Liryorum libri tres et Epigrammatum unus continetur, tua opera et dono accepi laetus. Hunc assiduus servitor et ex verbi unius alteriusve vestigijs, caetera coniecor. Placent mihi complures Odae, nec displicent epigrammata multa, excepto 120 Absint morsus. Quis enim horum fructus? Athletae sumus, et in Sacro stadio currimus¹⁵, Palma posita est singulis bene currentibus, quivis igitur currat, ut habeat palmam, qua[m] FIDES et DEUS dabunt. Vale interim et Reverendum Patrem Hasium, eruditum ac disertum Virum, Collegam tuum, meis verbis saluta plurimum. Słucia Idibus Januarij, Anno 1628.

Kopia listu napisanego do najjaśniejszego Księcia Janusza Radziwiłła przez jezuitę Sarbiewskiego

Najjaśniejszy Książę.

W państwie istnieją dwie rzeczy, które najwięcej mogą: pióro i miecz. Pierwszym ojczyznę ozdabiamy, drugim bronimy. W tym trójzjęby gladiatorów w walce, w tamtym ostrza piór w pisaniu zanurzają się. I zaiste te

¹⁵ Podobnie nawiązanie do zawodów w celu zdobycia nagrody zastosował św. Paweł, 2 Tm 4,7: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi.*

rzeczy, które miecze dokonują, pióra opisują. Lecz, jak pióro jest często nauczycielem miecza, tak miecz jest często władcą pióra. Oba zaś walczą, jedno na polu obrad, drugie na polu bitwy. Oba też zapisują, jedno krwią, drugie atramentem. Dzięki obu państwo osiąga nieśmiertelność. Dzięki mieczowi to, co jest śmiertelne, niszczy, dzięki pióru to, co jest nieśmiertelne, trwa. Wymiary pióra są niewielkie, lecz imiona bohaterów opiewa na wieczność szczególnie zaś, kiedy w środku szyku walczących w naprzemiennej zgodzie pęka miecz, czy nie piękna powstaje z obu symfonia nieśmiertelnej sławy? Starożytni wyobrażali sobie, że sława jest uskrzydłona. Jeśli jest to prawdą, to stworzyła sobie skrzydła z piór uczonych mężów. Tyle jej języków stworzyli, ile rąk, aby miała jedno odpowiednie do pióra, inne do walki. Ci sami opisywali sturękich gigantów, twierdząc, że są potężnymi ludźmi ci, którzy to, co liczni wieloma, oni sami jedną ręką przewyższyli i w pisaniu, i w walce. Pamiętasz sam, najjaśniejszy książę, iż Cezar dyktował listy w czasie bitwy. Jeszcze inni przekazali, że pióro pisarzy zachował w rękojeści miecza, jakby w pochwie. W Rzymie posąg tegoż imperatora dzierży w prawej ręce miecz, w lewej ręce pióro; dzięki temu są one ze sobą na zawsze przyjaźnie związane. Dobrze zatem postępują ci, którzy rękę młodzieńczą, dopiero co stworzoną przez naturę, mają w zwyczaju przyzwyczajając do obu tych rzeczy i przez sztuki zarówno pokoju, jak i wojny do godności kierują. Jednego i drugiego nauczyciela, wspaniałego synu jeszcze wspanialszego Ojca domowego wzór¹⁶. Prawdziwie powiedziałem, wspaniałego Ojca Twego, bowiem iż jest wielki w wymowie i czynie, wiadomo, że jest najlepszy. Obywatel w państwie, książę albo mówi coś w obronie ojczyzny, albo czyni. Bowiem także gnuśni mają zwyczaj wiele myśleć. Najpierw było to wielkie u Rzymian w Ciceronie, Hortensjuszu¹⁷, Krassusie¹⁸, lecz obie rzeczy jeszcze większe w Cezarze, Pompejuszu, Augustie, największe zaś u nas, w Ojcu Twoim. Aby zaś obie zdolności kiedyś także w Tobie wielkie mogły dorównać twojej chwale, należy zacząć, aby jednocześnie były wzmacniane. Bowiem nawet sama natura nie pozwala, aby ręka niewolnikom wzmacniała się, ale język. Los zaś jeśli komukolwiek więcej dał, dał albo budzącą postrach ręką walczącego, albo wykształconą wymową możnego. Dlatego wielce się wszyscy cieszymy, słysząc, że roz-

¹⁶ Krzysztof Radziwiłł (1585–1640) wojewoda wileński, hetman wielki litewski.

¹⁷ Quintus Hortensius Hortalus (114–50 p.n.e.) znakomity mówca rzymski, koryfeusz stylu azjańskiego w wymowie.

¹⁸ Lucius Licinius Crassus (140–91 p.n.e.), wybitny mówca rzymski ceniony przez Cicerona.

tropnie na rozkaz Twego najjaśniejszego Ojca ta najwcześniejsza młodość Twoja jest kształtowana w obu tych umiejętnościach. Wszyscy też wierzymy, iż urodziłeś się do wielkich spraw. Na Twe pióro czekają biblioteki książąt, skrzynie królów, archiwa królestw. Rady Twej, wiernej od dawna ojczyźnie, wcześniej znajdowanej w Ojcu, oczekują koła szlachty, krzesła w senacie, sława kurii. Twego miecza potrzebuje Litwa, szczęśliwie przez Twego Ojca obroniona, bardziej już dla ojczyzny niż dla Ciebie; oczekuje nieszczęsna, z powodu męstwa Radziwiłłów, Moskwa i dokładnie odlicza lata pozostałe do dotrzymania przymierza. O tych środkach i obronie, które łatwo możesz zdobyć, nie myśl. Uzbrój się jak najlepiej od wewnątrz. Wychowuję dla Ciebie, w mojej szkole dziewięćdziesięciu szlachetnych młodzieńców, wszystkich w kwiecie wieku, wszystkich arkadyjczyków, spośród których jedni przysłużą się w przyszłości twemu pióru, drudzy mieczowi. Tych, jeśli nie teraz w szkole, to będziesz kiedyś w sądzie mówcą, a w szyku dowódcą. Bądź zdrow, przyjacielu, pociecho ojca, ozdobo ojczyzny, a list, który z woli najjaśniejszego Ojca Twego przeze mnie napisany posyłam, przeczytaj ozdobo radziwiłłowska. W Wilnie, pierwszego listopada, roku 1627.

Kopia listu napisanego przez najjaśniejszego Księcia Janusza Radziwiłła do jezuitę Sarbiewskiego

Twoje dwa listy, napisane w różnym czasie, mianowicie pierwszego listopada i pierwszego grudnia, dostarczone zaś w tym samym momencie, to znaczny piątego stycznia, przeczytałem z wielką przyjemnością, męzu czcigodny, w których przychylnie poświadczasz pierwszą oznakę swej życzliwości w stosunku do mnie i szczęśliwy przebieg moich studiów. Ten rodzaj obowiązku jest dla mnie wielce miły. Dlatego, jeśli będzie coś, czym mógłbym ci odpowiednio odpłacić, wiedz, że znajdziesz mnie gotowego do wynagrodzenia. Poza tym jeśli chodzi o to twoje pióro i miecz (lub, jak ja rozumiem, pióro i oręż, więc o cnotę obywatelską i wojenną), czyli o to, że te dwie rzeczy najwięcej mogą w państwie, dlaczego nie zgodzić się? Kto z nas nie wie, że Arystoteles¹⁹ wychował nie tylko najsurowszego

¹⁹ Arystoteles został w 343 roku powołany na nauczyciela Aleksandra Wielkiego i pozostał przy nim aż do objęcia przez Aleksandra władzy i rozpoczęcia podboju Azji.

sędzię dla państwa, lecz i najlepszego nauczyciela i że całe życie ludzkie zostało podzielone na dwie części, to znaczy na czas przeznaczony na obowiązki i na czas wolny. Ten podział w dobrze rządzonych państwach wprowadzony na podstawie tej samej rzeczy, w imieniu pokoju i wojny, zawiera wszystkie sprawy publiczne. Jedna bowiem część obejmuje życie publiczne, urzędy, prawo, jurysdykcję, ustawy, podatki, stan majątkowy, skarb, porządek rzeczy publicznych i całą administrację państwową, sprawczyńię pokoju domowego. Druga część ogarnia sprawy wojskowe, wojsko, uzbrojenie, obozy, rodzaje wojsk, zamki, dowodzenie i całą organizację wojenną, pogromcę zagrożeń i zewnętrznego pokoju albo twórcę, albo obrońcę. Dobrzy obywatele, miłujący ojczyznę, nie powinni żadnej z tych części pomijać, ponieważ bez istnienia tego zróżnicowanego dwupodziału troski o sprawy publiczne żadne państwo nie było w stanie stworzyć podstaw wolności, żadne rozszerzyć granic czy też rozszerzonych bronić, żadne zachować pokoju wewnętrznego i zewnętrznego. Dzięki temu wprowadzonemu i ściśle przestrzeganemu podziałowi wiele państw wzmocniło się, a szczególnie rzymskie, o którym w ten sposób poeta:

Dwie są przyczyny dzięki którym Rzym stał się potężną stolicą:
Męstwo wojenne i mądrość pokoju.

A tymczasem prawie codziennie widzimy, że ten dobrany zaprzęg, pióra i miecza, najwspanialsza ozdoba ludzkiego życia, ciągle tak jest lekceważony i pogardzany, iż za Ammianem Marcellinem²⁰ możemy tylko powtórzyć, że niewiele domów przestrzega poważnych zwyczajów studiów, a obfituje w błahostki wyczerpującej gnuśności. Zatem Bóg sprawił, że najśłodsza ojczyzna nasza zawsze łączyła pióro z mieczem, z których połączenia zgoła nieśmiertelna sława jako towarzyszka powstawała. Mądrze Rzymianie, gdy jakiemuś wybitnemu obywatelowi posąg przyznawali, nakazywali, aby stanął nie nagi według greckiego obyczaju, lecz jeśli został uchwalony za zasługi polityczne ubrany w togę, jeśli zaś za sławę wojenną w pancerz, aby przekazać potomności nie tylko wygląd zewnętrzny, lecz również zalety wewnętrzne. Był ubrany w pancerz posąg owego znanego Horacjusza Koklesa²¹, który wrogich Etrusków i króla Porsennę powstrzymał, broniąc sam jeden własnym ciałem przejścia przez most rozpięty na

²⁰ Ammianus Marcellin (ok. 330–392), autor historii Rzymu (*Res gestae*).

²¹ Publius Horatius Cocles, legendarny bohater rzymski.

palach. Ten posąg zniknąłby dla nas, jeśliby pióro Tytusa Liwiusza nie utrwaliło wzmianki o nim i nie przekazało pamięci potomnych. Z tego powodu rzeczy, które są przekazywane za pomocą pióra przez najświetniejszych pisarzy, te zawsze zawierają prawdziwy obraz narodów, ziem czy też miejsc i są dostrzegane przez wszystkich. A znowu same posągi pozbawione są uczuć, posiadają też jedynie kontury twarzy i mogą być oglądane tylko z jednego miejsca. Wydaje mi się, że naśladując to, Ateńczycy, którzy, gdy czcili pamięć Tezeusza, obdarowali Connidę, jego nauczyciela, opisującego piórem jego niektóre czyny, większym zaszczytem niż Silaniona²² i Parrasjosa²³, z których drugi stworzył podobiznę Tezeusza malowaną, pierwszy rzeźbioną. Wydaje się, iż zbyt dumnie postąpił też Perykles, który pragnął zostać namalowany w Atenach przez Fidiasza na tarczy Minerwy, podczas walki z Amazonką, chociaż był mężem najbieglejszym w sztuce wojennej i w radzie, jak też wyróżniał się cnotą i sławą czynów. A przecież przetrwały dłużej jego przesławne czyny w pamięci pisarzy, nie zaś w nietrwałym malarstwie. Gdy więc pojawia się wzmianka o Bellonie i Palladzie, nie mieszamy bez różnicy sposobu podejścia do jednej i drugiej, lecz staramy się, aby przyszedł syn Marsa nie tkwił za długo w naukach Minerwy i w cieniu akademii, lecz by się udał, jak tylko dorośnie, do wojska, kurzu i słońca, aby obmyślał bitwy, poznawał sztukę wojenną, aby znajdował radość w orężu, koniach, machinach oblężniczych i namiotach wojskowych, aby nie tylko podziwiał: Cezara, Pompejusza, Scypionów, Fabiuszów, Zamojskich, Chodkiewiczów, mężów najświetniejszych i najdzielniejszych, lecz także aby ich sobie za wzór do naśladowania i rywalizacji obrał. Jakżeby nie miał cenić twego tak wysokiego sądu o mnie i o moim najjaśniejszym Ojcu, wyrażonego tak przyjacielsko i szlachetnie? Pragnę zaiste, aby sława i chwała najjaśniejszego Rodzica niezmienna i ukryta pozostała. A i nadmierne pochwały odnalezione we mnie, nie przystoją ani mej skromności, ani wiekowi. Niewątpliwie pewne jest to, że chwała posiada nieustępliwą ostrożność i że wszyscy ludzie kierują się pragnieniem sławy. Gdy jednak wtedy nie przekraczamy granic tego, co słuszne, zgadzamy się z dawnym poetą, głoszącym prawdziwie:

Strzeż się zbytnio wzruszać pochwałami drugiego,
Rzadko potężne głązy daleko toczą się.

²² Silanion (IV wiek p.n.e.), grecki rzeźbiarz z Aten.

²³ Parrasjos z Efezu (koniec V wieku p.n.e.), grecki malarz działający w Atenach i Azji Mn.

Chociaż więc wspaniałe pochwały w nadmiarze zlewasz na mnie i gromadzisz je tłumnie, to jednak ja niezbyt jestem nimi wzruszony, gdyż są tylko pochwałami. Umieszczam zaś cię pomiędzy tymi, powodowany wieloma względami, spośród których niech będą te najważniejsze, ród twój szlachetny, wielka sława na świecie, cnota i nauka, najznamienitsza wasza Akademia. Przeto uszczęśliwiłeś mnie twoim sądem, skoro uważasz mnie za zrodzonego do zadań Marsa i Pallady i wykształconego po części. Teraz wreszcie kolegium wasze zaczyna mi się podobać, jak moje studia wam. Zmuszony jestem do napisania takich słów, które są właściwe przy tych odpowiednich myślach. Cieszę się, iż mój najjaśniejszy Ojciec (według waszego sądu) jest ceniony za wielkość wymowy i czynu. Dziękuję, że tenże jest stawiany w jednym rzędzie za umiejętność przemawiania z Ciceronem, Hortensjuszem i Krassusem, jak również iż jest porównywany za ważkość dokonań z Cezarem, Pompejuszem i Augustem. Ujmuje myśl moją także w tej wyjątkowej radości, że polecasz memu pióru biblioteki książąt, skrzynie królów, archiwa królestw, a mieczowi zaś koła szlachty, krzesła w senacie, sławę kurii. Niech pozostali starają się o swoich zwolenników, mnie w zupełności wystarcza, jeśli ten sprawiedliwy i wykształcony literacko senat przykłaśnie. Innych, inaczej myślących nie zatrzymujemy. Jak bowiem ta sama purpura cieszy ludzi i do radości prowadzi, a byki drażni i prowokuje do walki, tak ta sama prawda i cnota mądrych ujmuje, obraża zaś występnych i niewykształconych. Prawdziwie piszesz, iż dom Radziwiłłów był zgubny dla Moskwy. Liczni bowiem pisarze zgadzają się z tobą pod tym względem, z czego dla mnie rodzi się nie tylko wyjątkowa chwała, ale i potężny bodziec do rywalizacji. I nie ma potrzeby wymieniać wielu Radziwiłłów, których dzielne czyny często ocalały Rzeczpospolitą naszą wśród tylu groźnych nieprzyjaciół. Wystarczy jeden ów znany przodek mój, Jerzy Radziwiłł²⁴ szczęśliwie prowadzący siłą ducha i ciała wojnę przeciwko Moskwie. Pod jego dowództwem, po zabicu niezliczonych wrogów, nie tylko twierdza moskiewska, Starodub, została zdobyta, ale i cała Moskwa w podobny sposób straszliwie spustoszona. Nie wspominam o odnoszonym zawsze przez niego pomyślnym zwycięstwie, w czasie podejmowanych, zarówno przez Moskali, jak i przez Scytów (Tatarów), chaotycznych potyczek i wypraw czy o złamaniu woli walki u wrogów.

²⁴ Jerzy Radziwiłł (1480–1541), kasztelan wileński. Był wodzem naczelnym w wojnie z Moskwą w latach 1534–1536). Zdobył zamki na Siewierszczyźnie, m.in. Homel i po dwumiesięcznym oblężeniu Starodub.

Pominę milczeniem dziada mego, Krzysztofa Radziwiłła²⁵, który po dostarczeniu przeróżnych dowodów męstwa marsowego, przez różne stopnie godności został wywyższony na najwyższy urząd wśród magnatów królestwa. Dlatego i ja, wezwany cnotami Dziada i Ojca oraz twoimi słowami, by stać się podporą nie tak dla siebie, jak dla ojczyzny, dziewięćdziesięciu szlachetnych młodzieńców, w kwiecie wieku, wszystkich arkadyjczyków, to znaczy atletów i pięściarzy, których Rzymianie wykorzystywali w czasie igrzysk, powierzonych mi przez ciebie dla lepszej zasługi, chętnie przyjmę, spośród których, kiedyś wsparty twoją wspaniałą radą, powierzę jednych pióru, drugich orężowi. Książeczkę, w której zawarte są trzy księgi liryków i jedna epigramatów²⁶, wynik twojej pracy z radością w darze przyjąłem. Tę pilnie studiuje i ze śladów jednego czy drugiego słowa następnych się domyślam. Podoba mi się wiele ód, podoba mi się też wiele epigramatów, za wyjątkiem 120²⁷: „Niech zginą uszczypliwości”. Jaki bowiem z nich pożytek? Jesteśmy lekkoatletami i biegamy na świętym stadionie, natomiast nagroda zwycięstwa przyznawana jest niewielu wyjątkowo dobrze biegnącym. Każdy więc niech biegnie, aby zdobyć nagrodę, którą daje Wiara i Bóg. Tymczasem bądź zdrow i czcigodnego ojca Hasjusza²⁸, męża wykształconego i wymownego, twego przyjaciela pozdrów w moim imieniu. W Słucku, trzynastego stycznia, roku 1628.

Transkrypcja i tłumaczenie tekstu łacińskiego – Aleksandra Golik-Prus

²⁵ Krzysztof Radziwiłł „Piorun” (1547–1603), hetman wielki litewski, wojewoda wileński.

²⁶ M. Sarbiewski, *Lyricorum libri III. Epigrammatum liber I*, Vilnae, formis Academicis Societatis Iesu, 1628.

²⁷ *Scitum arrogantissimi ministri calviniani Tavelli ad Cassianum: „Nolo videri, sed suspici”*.

²⁸ Jakub Hasius, znany kaznodzieja i wykładowca szkół w Połocku, Nieświeżu i w Płocku. Misjonarz obozowy w Moskwie. Najpierw był jezuitą, a następnie został dominikaninem.